



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

52. Quis manifestavit complicem in confessione, cum haberet copiam
adeundi alium Confessarium, cui non erat notus complex; in alia vero
confessione cum scrupulum de hoc haberet, manifestavit ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76393](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76393)

g. 8. art. 4. dub. 2. & q. 10. art. 1. dub. 7. Victoria in sum. §. 174. Petrus à Soto de Penit. lect. 11. & alij.
 4. Restat modo respondere ad argumenta contraria. Ad primum dico, quod si ex dicta manifestatione complicitas detrimentum non esset graue, posset poenitens etiam habita opportunitate alterius Confessarij, confiteri ei, qui in notitiam complicitas deuenturus creditur: sed hoc est absurdum: ergo, &c. Ad alterum verò, quòd Confessarij id noscitur sub sigillo, respondetur, quòd iudicium temerarium non redditur grauius, quia alteri fit manifestandum; sed ex hoc præcisè, quòd quis prauam formet de altero existimationem: ergo parum facit, quòd Sacerdos debeat subiciere circumstantiam complicitas explicatam. Non nego tamen, vt dixi, contrariam sententiam esse probabilem: nam, vt alijs diximus, probabilius sine scrupulo peccati mortalis potest quis manifestare vni, vel duobus amicis taciturnis delictum alterius occultum: ergo à fortiori potest quis complicitatem in confessione manifestare. Igitur elige, quam vis opinionem.

RESOL. LI.

An peccatum sit explicandum in confessione, non obstante quòd Confessarij cognoscat complicitatem: Ex part. 3. tr. 4. Ref. 64.

§. 1. Quando alius Confessarij adiri non potest, esse tale peccatum explicandum, etiam si Confessarij agnoscat complicitatem, docent Honorius opusc. de sigillo confess. sect. 4. q. 7. dub. 3. Sanchez in selectis, disp. 8. n. 9. Pontius de matrim. l. 5. c. 18. n. 9. Coriolanus de casu. reser. part. 1. sect. 1. art. 8. n. 7. Regius in resol. cas. 36. n. 1. Layman. in Theol. mor. lib. 5. tract. 6. c. 8. n. 12. Malderus tract. de sigillo confess. l. 17. Ledesma in summa, tom. 1. c. 20. concl. 6. Lessius lib. 2. c. 1. dub. 11. & alij, quos citauit in resol. 49. tract. de circumstantiis aggrauantibus.

2. Sed alibi pro negatiua sententia plures Doctores magni nominis etiam adduxi, quibus nunc addo Pitagorianum in 4. sent. to. 2. disp. 21. quæst. 2. art. 8. concl. 1. & Fabrum de poenit. in 4. sent. 17. quæst. unica, disp. 24. c. 5. n. 97. vbi insurgit contra Suarez, & ad omnia argumenta, quæ ipse pro affirmatiua sententia adducit respondet. Mihi hæc secunda opinio probabilior videtur. Vide supradictam resol. vbi rationes pro vtraque opinione inuenies; ideo elige, quam velis.

RESOL. LII.

Qui manifestauit complicitatem in confessione, cum haberet copiam aduerti alium Confessarij, cui non erat notus complex; in alia vero confessione, cum scrupulum de hoc haberet, manifestauit Confessario, qui sacrilegam putauit primam confessionem: dum in ipsa poenitens peccauit mortaliter, manifestando peccatum occultum proximi sine necessitate, ideo re-petendam esse dicebat. Consultus ego de hac re ab ipsomet poenitente negatiue respondi.
 Ex quo deducitur, an sit peccatum mortale reuelare crimen oculi vni, vel duobus viris prudentibus, qui secreto retinebunt? Ex p. 2. tr. 17. & Misc. 2. Ref. 22.

§. 1. Relinquendo multas alias rationes, sciendum est, quòd magna est inter DD. controuersia an sit peccatum mortale reuelare crimen occultum vni, vel duobus viris prudentibus, qui secreto retinebunt; Partem negatiuam amplexi sunt Salouius, & Banez in 2. 2. quæst. 73. art. 2. ille con-

trou. 1. concl. 1. hic dub. 1. & alij apud Clauem Regiam lib. 11. cap. 6. num. 12. & Bonac. de contrai. disp. 2. quæst. 4. punct. 3. num. 2. & nouissime Ioan. Malderus in 2. 2. tract. 7. cap. 1. dub. 4. cum Alfonso de Vega in summa, tom. 2. cap. 8. cas. 12. & Ioann. Azorio tom. 3. lib. 5. cap. 9. quæst. 2. Probatur hæc opinio; nam, vt ait Malderus, si temerè de proximo iudices, iniuria est mortalis, non obstante quòd versetur in materia simili, in qua hæc detraçtio materiæ; ergo paritas hic à mortali non excusat. Confirmatur ex affinitate istorum peccatorum, quæ patet Iacobi 4. Qui detrahit fratrem, aut qui indicat fratrem, detrahit legi, & indicat legem. Sed ad hoc argumentum respondet Bonacina, negando consequentiam; & ratio disparitatis est, quia per iudicium temerarium fit alteri grauis iniuria, cum ex leuibus indicij imponatur illi crimen, quod potest esse falsum: imponere autem falsum crimen, est peccatum mortale. Quare aliud est manifestare viro taciturno verum crimen, aliud manifestare, vel imponere falsum crimen per detractionem, vel iudicium temerarium: primum excusatur à culpa, non autem secundum. Alia verò argumenta, pro hac firmanda opinione, videnda sunt apud citatos DD.

2. Sed mihi licet hæc opinio communis, & probabilior videatur, contrariam etiam tanquam probabilem amplectendam esse non dubito, etiam sine vlla limitatione, cum qua sequitur illam Lessius lib. 2. cap. 11. numer. 70. Dico igitur absolute, & sine restrictione, non esse peccatum mortale, reuelare crimen proximi vni, vel duobus quibus dicere perinde sit, ac si nulli diceretur; quia cum non adit periculum diuulgationis, hoc videtur esse leue detrimentum in fama. Sic Caietan. in 2. 2. q. 63. art. 2. dub. 1. Petri à Nauar. lib. 2. cap. 4. num. 334. & ex neotericis Societatis Iesu, Valer. Reginald. tom. 2. lib. 24. c. 4. num. 71. & alij. Ex his apparet, dictum poenitentem manifestando complicitatem Confessario, non peccasse mortaliter; vnde patet responsio supra posita, quæstioni.

RESOL. LIII.

An ne crimen socij manifestetur in confessione, obligetur poenitens adire alium Confessarij, cui confitendo in cognitionem complicitas venire non possit?
 Et an aliter faciendo teneatur ad restitutionem famæ?
 Et an sit aprior modus restituendi famam in hoc casu, si extra confessionem dicat Confessario sub eodem Sigillo, errari, dum tibi vnum complicitatem pro alio dixi?
 Et deducitur manifestare vni, vel alteri crimen, qui pro sua prudentia suppressuri sunt silentio, non esse peccatum mortale. Ex part. 6. tract. 7. & Misc. 2. Ref. 9.

§. 1. Etiam stando in opinione, quòd poenitens possit & debeat explicare in confessione complicitatem sui peccati, adhuc ad casum propositum affirmatiue respondent Doctores. Ita Ioannes VViggers de Sacrament. in supplem. ad 3. part. quæst. 9. art. 2. numer. 15. Valquez in 3. part. tom. 4. q. 91. art. 2. dub. 3. non. 1. Coninch de Sacrament. disp. 7. dub. 9. num. 88. Valboa in cap. omnis, de poenitent. verb. fideliter n. 63. & alij communiter; quia sic confitetur integrè, & Confessarij in suspensionem personæ Complicitas non venit.

2. His tamen non obstantibus, non desinam hic adnotare Patrem Fagundez in præcept. 2. Ecclesia lib. 5. c. 1. n. 3. negatiuam sententiam docere: asserit enim in tali casu non esse præceptum, sed consilium, quòd

63 & in tota, 7. tr. 4. Ref. 67. à lin. 5. & ex doctrina Ref. 72. §. 1. & cursum & recitater supra in fine Ref. 50. vers. Non nego.

Sup. hoc in Ref. præterita, & ne pretermissa legere supra doctrinam in Refol. 50. & aliarum eius primæ not. quamuis non dicant plene super hac quæst.